

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm  
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

LII. Parænesis ad custodiam bonæ famæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**

con-  
per-  
uen-  
por-  
indi-  
onis,  
& ad  
s Pa-  
bitū  
, cal-  
s for-  
reb,  
mā-  
iati-  
  
n, &  
ftia-  
t : E-  
mu-  
s in-  
aulò  
niter  
yrus  
huic  
ces-  
cau-  
acto  
lum  
in-  
fru-  
yda-  
; x-  
po-  
uit,  
glo-  
eni-  
tis,

sis, labefactantur vires Satanae, & ignita illius ad peccandum jacula tritare resiliunt. S. Hilarius: Si non sunt tanta peccata, ut excommunicetur quis non se debet à medicina Corporis & sanguinis Domini parare, unde Apud Gr. tian. de Con- timendum est; ne diu abstractus à Corpore Christi, scrr. d. s. alienus remaneat à salute: qui peccare consueverit, communicare non desinat. Sanct. Ambros. lib. 5. de Sacram. cap. 4. Si quotidianus est panis, cur post an- Ead. Augm- num illum sumis, accipe quotidie quod quotidie tibi serm. 18. do profit. Sic vive, ut quotidie merearis accipere: qui non Verb. Dem. meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Et: quotiescumque effunditur Sanguis Chri- sti, in remissionem peccatorum effunditur, debo semper accipere: quia semper pecco debo semper capere me- dicinam.

In EPILOGO excitabit Auditores, ut ingens in se Lib. 4. c. 6.  
excirent desiderium cibum illum cœlestem, SS. Vide P.  
Eucharistiam (ad æternam animæ salutem tam sa- Christoph.  
lutarem) prævia pœnitentia creberimè usurpan- Madridium  
di: Excitati, ut cum S. Chrysostomo loquar, incen- de frequentib.  
si, ac ferventes omnes accedant. Nam si Iudei stantes, Communio-  
calceati & baculos in manibus habentes cum festinatio- ne & Baron.  
ne comedant, quantò magis nobis vigilandum est? Non in Matth.  
videtis quanta infantes animi alacritate mamillas ar-  
ripiunt? qua passione papillis infigunt labia? non mi-  
nore cupiditate nos quoq; ad hanc mensam, & ad huius  
calicis spiritualem accedam⁹ papillam, imò verò majo-  
re desiderio quasi lactantes pueri gratiam Christi fuga-  
mus, unus sit nobis dolor, una mœstitia, si hoc alimento  
spirituali privamur. Hæc Chrys.

## LII. PARÆNESIS AD CVSTODIAM bonæ famæ.

**I**N EXORDIO dices, hominem duplice ex capite teneri rationem habere bonæ suæ famæ: tum, quia tenetur operam dare virtuti, ex qua sola bo- nitas famæ promanat: tum, quia tenetur non dare

M. 5. Iean-

scandalum proximo; sed bonum exemplum. Vnde S. Paulus providebat bona; non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus, ne per illum nomen Dei blasphemaretur in gentibus.

*Ro.12. v.17.* In PROPOSITIONE; Te igitur Auditores ad studium bonae famæ invitaturum.

*Pro.22. v.1.* In Ecclesiasticis. CONFIRMATIONIS I. Locus à præstantia bona famæ, quam docet Salomon cùm ait: Super aurum & argentum gratia bona: Et: Melius est nomen bonum, quam unguenta pretiosa. Chaldæus Paraphratis.

*Syr.41. v.15.* Ites addit, quibus ungebantur capita Regum & Sacerdotum. Et: Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi quam mille thesauri pretiosi & magni. Bonæ vita numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in ævum. Quibus extremis verbis indicat, bonam vitam, ex virtutis legibus actam, licet brevis sit temporis, immortale & perpetuum nomen parere. Si autem in Repub. aliqua nomen & famam obtinuisse apud homines præclarus est & melius, quam multas consecutum esse opes, multo magis divitiis anterendum est, si quis apud Deum & Sanctos bonum nomen obtinuit.

*Prov. 15. v. 30.4.* II. Locus à fructibus. PRIMUS, magis magisque excitata solidum virtutis studium, vel, ut Salomon loquitur impinguat ossa. Hinc Ovid Laudataq; Eleg. 2. virtus crescit, &c.

SECUNDUS, Nihil æquè hominem provehit ad honores & dignitates, atq; existimatio bona, ex virtutum studio conciliata: contra nihil æquè etiam optimos viros de excelsø gradu præcipites agit, quam nota infamiae, quantumvis à malevolis iniquè aspersa. Greg. Naxianz. epist. ad Vitalianum: Sinistra fama bonos etiam viros s̄ape perculit humiq; prostravit.

TERTIUS, Virtutes ex quibus orta est, reddit illustriores.

QUARTUS, Latissime instar lucis spargitur. Hanc

Hunc fructum S. Paulus typo boni odoris vita<sup>z</sup> Christianorum ob oculos ponit.

*In EPILOGO ut caveant hortaberis Auditores, omnes occasiones scandalorum, vel pravatum suspicionum, & bonam studeant colligere & cōservare famam bonis operibus & vita piè sancteque acta: virtutem enim, non secus atque umbra corpus, sequitur bona fama, honor, & gloria. Vnde Agesilaus Rex rogatus, quā ratione potissimum quis assequi posset, ut apud homines honestā habet famam: Si loquatur, inquit, que sunt optima, &c. Val. li. 7. c. 20. faciat quæ sunt honestissima. Et Socrates expedita & compendiaria via eos ad gloriam pervenire dicebat, qui id agerent, ut quales videri vellent tales etiam essent.*

### LIII. PARÆNESIS AD GRATIA- rum actionem Deo debitam.

**I**N EXORDIO dices, neminem Deo, omnium rerum auctori & principio, dignam gratiarum actionem rependere posse, cūm dignum munus, ut loquitur Greg. Naz. offerre Deo vix ipsi quoq; Angelī possint, illi inquam primi, intellectuales, & puri, super Tasch. nāq; glorie spectatores ac testes: & nos si quotidie (ut ait S. Chrys. in Mat. post enumerata aliquot Dei beneficia pro eo qui nos tam mirificè amat, moriamur, condignas referre gratias immò verò minimum quid debiti reddere nequaquam possumus.

*In PROPOSITIONE, Te tamen Auditores, ut pro virili Deo semper gratias agant, adhortaturum.*

**CONEIRMAT.** I. **Locus à dignitate ac nobilitate huius virtutis**, quam vel hinc deprehendere licet, quod ad religionem, moralium virtutum præstantissimā pertineat, & quod circa nobilissimum objectum, Deum eiusq; beneficia, quorum nullum est exiguum, ut loquitur S. Chrysost. versetur. Atque hac de causa in divinis Scripturis passim